



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Sebastiani Izquierdo Alcarazensis Societ. Iesv Regii
Senatvs S. Inqvisitionis Hispaniarvm Qvalificatoris, Et
Olim Complvti Sacrae Theologiae Professoris. Opvs
Theologicvm, iuxta atque ...**

Vbi De Essentia Et Attribvtis Divinis Vbertim Dissertivr ...

Izquierdo, Sebastián

Romae, 1664

Druckerlaubnis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76990](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76990)

succinctè, quantum commodè potest, talis doctrina præponitur, eius explicatione, probationeque remissa in suum locum, ut semper, quoad eius fieri possit, ex præcognitis procedatur.

In casibus verò, ubi notitià aliquà indigeo aliarum materiarum, quæ vel ad Opus istud non spectant, vel eiusmodi sunt, ut de eis in illo ex professo, fusè, & per orium non oportet tractare, quasdam de eis facio, præmittoque hypotheses, siue suppositiones, quibus breuiter, & summarè notitià earundem desiderata, quantum videtur satis, præbetur, citatis interim locis Auctorum, ubi ex professo & fusius traditur. Hoc enim pacto etiam, in suis scientijs demonstratiuis solent Mathematici propositiones quasdam ex alienà materià tractas, quas Lemmata vocant, ad demonstrandas proprias materiæ, de qua agunt, inferere.

Iam verò Opus istud, quemadmodum & illud, primò in Tractatus, deinde in Disputationes, ac tandem in Quæstiones diuisum procedet. Inchoabitur autem consentaneè ad præfatam methodum à Tractatu de Essentià, & Existentià Dei, deque Attributis eius in genere, Vbi, quia plerunque Deus consideratur prout cognoscibilis à nobis Viatoribus, opportunè de cognoscibilitate Dei abstractiua, seu per alienas species agetur. Deinde verò de singulis Dei attributis suo ordine sigillatim tractabitur, prout eadem ipsa præfata methodus procedendum dictauerit.

Quantum autem vtilitatis studiosis omnibus tam Philosophiæ, quam Theologiæ sit allaturum Opus istud, si tamen exequutio eius respondeat intentioni, prout spero, ex dictis satis superque apparet; sed longe clariùs deprehendetur, & apparebit per sedulam eius, & accuratam, & attentam lectionem. Tuumque est Lector beneuole experiri, Lege, fructe, & vale.

IOANNES PAVLVS OLIVA

Societatis Iesu Vicarius Generalis.

CVM Tomum primum Operis theologici, iuxta atque philosophici de Deo vnè à P. Sebastiano Izquierdo nostræ Societatis Sacerdote, ac Hispaniæ Assistente conscriptum aliquot eiusdem Societatis Theologi recognouerint, & in lucem edi posse probauerint, potestatem facimus, ut typis mandetur, si ijs, ad quos spectat, ita videbitur. Cuius rei gratià has litteras manu nostrà subscriptas, sigilloque nostro munitas damus Romæ 17. Maij 1664.

Ioannes Paulus Oliva.

Imprimatur, si videbitur Reuerendis. P. M. S. P.

O. Archiep. Parracen. Vicef.

Imprimatur

Fr. Hyacinthus Libellus Sac. Pal. Apost. Promag. Ord. Præd.

INDEX